



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 12. Pace desperata induciarum negotiatio inita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Hispaniæ Rex jus suum quidem duran- Sæc. XVII.  
 tibis induciis quodammodo suspendi A. C. 1608.  
 passus sit, id tamen nunquam facturus  
 nisi sublato commercio indico, & resti-  
 tuta Religione Catholica, hancque in  
 rem Franciæ Rex unacum Romano Pon-  
 tifice omnem operam, studiumque con-  
 ferat. Idem quoque nuntiabat Petrus  
 Brederodus Ordinum in Germania Ora-  
 tor: cum ergo die vigesima Augusti præ-  
 cipua haberetur deliberatio de Religio-  
 ne & Indico commercio, ac Catholici  
 præprimis fidei Catholicæ libertatem  
 omnino deposcerent, Protestantes vi-  
 gesima tertia ejusdem Mensis die con-  
 gressum solverunt, ruptæ negotiatio-  
 nis causas per edictum manifestantes.

§. XII.

*Pace desperata induciarum negotiatio  
 inita.*

Cum ergo ob Protestantium pertina- Daniel hist.  
 ciam pacis spes penitus evanesce- de France  
 ret, nil reliquum erat, nisi ut de pro- tom. 10.  
 rogandis ageretur induciis: Hæc con- Rapin. hist.  
 silia præprimis susceperant Janinus d' Angl. l. 18.  
 Franciæ & Robertus Spencerus Angliæ O- Grotius Hist.  
 ratores, quapropter vigesima septima lib. 17.  
 Augusti die Fæderatis declararunt, sibi a Ferreras  
 suis Regibus mandatum, ut si pax Hist. Hisp.  
 fieri non posset, ad inducias saltem fan- cont. cap. 1.  
 cien-

Sæc. XVII. A. C. 1608. ciendas partem utramque inducerent, ea lege, ut hæc induciæ cum Fœderatis fierent tanquam cum liberis, & ipsa libera esset navigatio in omnes Hispaniæ, & Belgii Provincias, quæ autem nunc possiderent, omnia etiam nunc haberent. Hac ratione Franciæ Rex maiorem de Religione agendi opportunitatem offerri sperabat, Jacobus vero Angliæ Rex Fœderatis nondum perpetuam assertam gaudebat libertatem; hic enim illos tanquam rebelles habebat, firmiter persuasus, quod in nullo eventu, sese a sui Principis obsequio subtrahere, subditis liceret. Paulopost Hispaniarum Rex Archiduci ac Spinulæ datis literis significabat, inducias concessas duntaxat utrinque libero in Hispania, Italia & Belgio (exclusis Indiis) commercio esse firmandas, si vero Fœderati pleno in Provincias juri pertinacius insisterent, id eis non concedendum, nisi pariter permissis ibidem Catholicæ Religionis exercitiis. Interim trigesimo Augusti Ordines declararunt, se in inducias consentire, sub iis tamen duntaxat conditionibus, quas antea Oratores proposuissent, se vero ab induciarum mentione abhorreere, si finitis induciarum libertas in dubium vocaretur. Ad hæc Oratoribus, se hæc in mandatis non habere, tertia Septembris die responderunt.

ponentibus, Hispaniæ atque Archiducis Sæc. XVII.  
 Legati Haga discesserunt, feliciori pro- A. C. 1608.  
 gressu Antverpiæ cum Franciæ & An-  
 gliæ Oratoribus induciarum negotium  
 promoventes; quippe concurrentibus  
 quoque aliorum Principum Legatis die  
 nona Aprilis anni sequentis tandem in-  
 duciæ in duodecim annos utriusque par-  
 tis consensu conclusæ, & quinto post  
 die Antverpiæ sunt promulgatæ, triginta  
 octo conditionibus comprehensæ; sta-  
 bilita fuit Provinciarum libertas, nulla  
 tamen facta Religionis Catholicæ men-  
 tione, nisi quod articulo vigesimo cau-  
 tum, quod quantum attinet ad bona Ec-  
 clesiastica cujuscunque generis in unitis  
 provinciis sita, & ad Ecclesias, collegia,  
 cœnobia & pias domos sub Archiducum  
 imperio pertinentia, ea quidem, quæ a  
 prima Januarii Anni millesimi sexcentesi-  
 mi septimi nondum vendita fuerunt,  
 restituantur, eorumque possessionem iis,  
 quorum sunt, non requisito Magistratu,  
 apprehendere fas sit, & eorum usum  
 fructum, quamdiu induciæ duraverint  
 percipere, non tamen de iis pro libitu suo  
 disponere aut statuere liceat: quæ vero  
 ante jam dictum diem vendita fuerint,  
 aut a statibus alicujus provinciæ aliis  
 solutionis loco tradita & assignata, ea  
 provincia, a qua illa vendita aut assignata  
 sunt, usuram (decimum sextum quem-  
 que

Sæc. XVII. que scilicet nummum) universi pretii  
 A. C. 1608. solvat, idem plane a parte quoque Se-  
 renissimorum Archiducum ad eundem  
 modum fiat.

Hæc inducias ipse etiam Hispanie  
 Rex ratas habebat, hanc in rem Se-  
 govix die septima Julii edito diploma-  
 te, in quo hæc addidit: *speramus vic-  
 sim ab Ordinibus, durantibus his induciis  
 Catholicos, qui inter ipsos sunt, bene tra-  
 ctatum iri.*

## §. XIII.

*Anni Sacri gratiæ a summo Ponti-  
 fice indultæ.*

*Memoir. se-  
 cret. part. 6.  
 pag. 169.  
 Serran. hist.  
 Reg. Franc,* Haud parum ad prosperum hujus ne-  
 gotii successum contulerat summus  
 Pontifex, qui non modo Ubaldinum  
 Sedis Apostolicæ Nuntium in Franciam  
 eo ex fine decreverat, sed etiam ad  
 conciliandam amicitiam inter Hispanie  
 & Franciæ Reges pro Catholico Reli-  
 gionis augmento, & firmando inter A-  
 sturix Principem & Christinam Hen-  
 rici IV. filiam connubio sedulam nava-  
 bat operam. Præterea ineunte Septem-  
 bri Anni Sacri gratias & privilegia Ro-  
 mæ indixit, eaque die sexta Septem-  
 bris promulgari jussit, eo fine, ut Chri-  
 stianos ad preces pro unione Principum  
 Christianorum, hæresum extirpatione  
 & præ-